



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nuclevs Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde utilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

De Irreligios. & Sacril.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

est veniale : at verò maledicere creaturis rationalibus, potest esse mortale, si res est grauis, & consensu deliberato, ut in tale malum incidant. & iuxta qualitatem mali, est qualitas peccati. *Lege Filii. linc. tom. 2. tract. 10. cap. 5.*

De Irreligiositate, & Sacrilegio.

16 **V**NIVERSALITER peccatum contra Religionem dicitur Irreligiositas, vel Sacrilegium. De qua diuisione plura *Suar. tom. 1. de Rel. tract. 3. lib. 1. cap. 1. & lib. 3. cap. 1.* Est autem Sacrilegium Iesio, seu violatio rei sacræ: nempe vel personæ, vel loci sacri, vel aliorum pertinentium ad hæc, in quantum sacræ res sunt: ut sunt vestes sacræ, & similia. Itaque sacrilegium est violare personas sacras, ut sunt Clerici, & Religiosi, iniijciendo violentas manus in illas, suadente Diabolo: violare immunitatem personarum earumdem, aut Ecclesiarum: abuti vestibus, & vasis sacris ad res turpes, & prophanas: peccare contra votum castitatis. Item probabile est in Simonia inueniri

Sacrilegium. Polluere etiam Ecclesiam
per sanguinis, vel seminis effusionem, &
familia, sacrilegium est.

17 Furari rem sacram in loco sacro,
quod dici solet sacram de sacro; aut rem
sacram in loco non sacro, quod dicilo-
let sacram de non sacro: & furari rem
non sacram in loco sacro, quod dicilo-
let non sacram de sacro; si sit veluti de-
posita; & sub custodia loci sacri; sacrile-
gium est. At si non sit sub custodia lo-
ci sacri; aliqui affirmant sacrilegium
esse furari illam in loco sacro, aliqui
negant. Videlur dicendum, si tale fui-
tum committatur sine notabili irreue-
rentia, aut iniuria loci sacri, non esse
sacrilegium, aut saltem non esse morta-
le in genere sacrilegij: si vero sit cum no-
tabili iniuria loci sacri, ut si quis publice
furaretur in loco sacro, aut quid simile
esset sacrilegium mortale.

18 Peccare in die festo, aut solemai
non est sacrilegium; nisi fiat ex contem-
ptu: nam tempus, cum sit res successiva,
& fluens; non est capax veræ, & veluti
internæ consecrationis, sicuti personæ
& loca sacra: sed solum dicitur sacram,

quia

quia aliquæ sacræ actiones peculiariter
sunt illo durante, & aliquæ prophanæ
prohibentur. Est autem sacrificium, ex
genere suo, peccatum mortale, nisi ex-
cuses parvitas materiæ, aut inaduenten-
tia. Agunt de ipso *Suar.* tom. 1. de Relig.
lib. 3. initio. Bonac. tom. 2. disp. 3. q. 6. *Filliuc.*
tom. 2. tract. 24. cap. 6. *Azor.* tom. 1. lib. 6.
cap. 27. *Less.* lib. 2. c. 45. dub. 2.

De Tentatione Dei.

19 **A**D Irreligiositatē per iner pec-
atum tentationis Dei. Est au-
tem Dei tentatio, ut hic accipitur, cū
quis aliquid facit, aut dicit, quo sine vlla
rationabili caussa, seu præter ordinem
rectæ rationis, velit veluti cogere Deū,
vt suam potentiam, scientiam, voluntati-
tem, iustitiam, aut aliquid aliud attri-
butum ostendat, siue pro ipso tentante;
siue pro alijs: atque hoc pacto velut ex-
perimentum facere diuinæ potentiaz,
&c. Ut si quis nolleret vti cibo, & potu,
& vellet conseruari à Deo in vita: &
relictis medijs ordinarijs, & necessariaj,
expectaret à Deo effectum ex-

I s traor-